

## 568.

*König Philipp August von Frankreich nimmt deutsche Ritter, die in Palästina sich befinden, in seinen Sold, deren Namen seinen Sachwaltern durch Dietrich von Meissen genannt sind.*

**Bei Accon, 1191.**

5 *Hdschr.: Cod. lat. 17803 fol. 2. No. 1. Nationalbibliothek Paris. (Nach Abschrift, durch gütige Besorgung von Monod.) S. des Königs an grüner und rother Seide.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Philippus dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod propter grata obsequia, que quam plures Germanie milites in partibus terre Orientalis nobis et nostris prestiterunt,  
 10 concessimus et volumus eosdem milites, quorum nomina per karissimum nostrum Theodericum dominum de Misnia procuratoribus nostris super hoc constitutis specialiter in scriptis data fuerunt, ad vadia nostra durante ipsorum cismarino servicio retinendos esse et etiam, si opus fuerit, garrandie nostre beneficio esse fruituros pro quibuscumque mutuis  
 15 statuendam. Quod ut firmitatis robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius adnotato presentem paginam iussimus communiri. Actum apud Accon anno incarnati verbi M<sup>c</sup> nonogesimo primo, regni nostri anno duodecimo, astantibus in palacio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa dapifero nullo. S. Guidonis buticularii. S. Mathei camerarii. S. Radulphi constabularii; data vacante (M.) cancellaria.

20

(S.)

## 569.

*Landgraf Hermann bestätigt dem Kloster Homburg einen Kauf von 3 Hufen Landes zu Eckersleben, welche dasselbe von Heinrich, dem Ministerialen des Landgrafen, erkauft hat.* **1191.**

*Hdschr.: Kop. des Kl. Homburg. Stadtarchiv Langensalza.*

25 *Gedr.: N. Mittheil. aus dem Geb. hist. antiq. Forsch. 7. Heft 4. S. 51.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Decet omnem terrestrem potenciam servorum dei equis petitionibus acquiescere et iusta deoque placita desideria, ut ad effectum permoveantur, annuere. Huius rei gracia ego Hermannus landtgravius Thuringie Iudite Romanorum quondam imperatoris Frederici sororis filius dei gracia landtgravius Thuringie  
 30 palatinus Saxonie et comes Hassie notum volo esse universitati in Cristo fidelium tam modernorum quam futurorum, abbatem Ludewicum virum venerabilem zelo pietatis ad honorem dei et ecclesie Homburgensi, cui presidet, ad consolacionem emisse tres mansos et dimidium in villa, que dicitur Eckersleben, contra Henricum meum ministerialem de Gebesa, cui vendicioni ego Hermannus et amore dotandarum ecclesiarum et rogatu ipsius  
 35 Henrici mei ministerialis de Gebesa annui vel pocius approbavi. Igitur, ut omne discidium, quod possit exhinc tam nostris quam futuris temporibus exoriri, dirueretur, et ego et